


Petro à Soto Assert. Cathol. Fid. p. 84. Dionysio Petavio Prolegom. de Dogmat. Theol. cap. 3. Philippo à Sanctissima Trinitate. Petro Martyre præfatione supra librum Regum. Zwinglio in Colloq. Marpurgensi Anno 1529. referente B. Luth. Tom. 2. Jen. Germ. p. 448. Keckerman. lib. 1. Syst. Theol. c. 3. Phil. Mornæo l. de Verit. Relig. Christ. cap. 5. uti plerosq; adducit Dn. D. Calov. in Script. Phil. p. 120. sq. Vid. quoq; B. Meisn. in Phil. Sobr. part. 1. ab initio.

non 3. Tradere instrumenta sciendi: uti hæc sententia ex mente non nullorum à Scheibl. & B. Jacob. Mart. adducitur, ac simul ab iisdem & merito quidem rejicitur.

non 4. Disciplinas reliquas sibi subalternare, subalternationis Terminò proprie & ex usu Philosophorum genuino accepto: quod existimat Ægydus Romanus in Princip. Phys. Vid. Scheibl. Paul. Voët. Zabarella, Burgersdicius & alii.

Sed 5. *Finis Metaphysicæ Absolutus est res abstractissimas & universalissimas, ut pote Terminos, Principia, Distinctiones, Summa genera &c. proponere & explicare. Respectivus ad alias Disciplinas est* 1. Imbuere mentem cognitione Terminorum Distinctionum Principiorumq; Generalissimorum, quorum usus maximus est, in Particularibus Disciplinis, adeoq; viam ad has ipsas sternere. 2. Principia Communia quidem Disciplinis Inferioribus tradere & applicare; Propria vero cujusq; Discipline explicare, confirmare, vindicare. 3. Objecta Disciplinis omnibus assignare, eademq; si opus est, demonstrare: Quod tamen Mendoza Disput. Metaphys. l. 1. f. 5. contra Svaretz. Disp. Metaph. l. 1. f. 4. num. 5. Fonsecam l. Metaph. c. 2. q. 1. & alios, sed frustra negat. 4. Usus alias ingentem in omni doctrinæ genere ac Theologia cum primis prestare. Unde consequenter existimandum non est, eam Theologiæ adversari, sed ministras potius ipsi manus porrigere. Vid. Scheibl. Calov. Keslerus, Gesnerus, Præfatio Metaphysicæ Cornelii Martini præfixa Heerboord in dicta Dissert. Joh. Claubergius in Ontosophia Verenbergius, Bartholinus, Lavaterus & alii.



Coll. diss. A. 6, misc. 60